Caput I.

DE perſona τ̃ Λόγȣ *Pſal. 2. 1. 5. 8. Matth. 16. & 22.* & teſtimonio Johannis de Chriſto *M. 3. R. 1. L. 3.* De Andrea, Petro, Philippo & Nathanaële à Chriſto vocatis. *VERBUM CARO FACTUM, Heb. 12.* 1. Johan. 3.

2. Aquam in vinum mutat: vendentes è templo ejicit *M. 21. R. 11.* De templo deſtruendo.

3. Cum Nicodemo de regeneratione diſputat, in Judæâ baptizat, Johannes de ipſo teſtatur.

4. Cum Samaritana de aqua vitæ, & verâ Dei invocatione colloquitur. Multi Samaritani credunt. Reguli filius ſanatur, Deus eſt Spiritus. Alius qui ſeminat, alius qui metit.

5. Infirmum apud piſcinam jacentem ſanat, de ſuo officio & mortuorum reſurrectione prædicat *Dan. 12. Hiob 19.* & Judæos ingratitudinis accuſat. Scrutamini Scripturas.

6. Chriſtus 5000. viros cibat *L. 9.* ſuper mare ambulat, *M. 14. R. 6.* De ſpirituali carnis ſuæ manducatione, & ſanguinis bibitione turbis prædicat.

7. Judicia vulgi de Chriſto in templo docente ſunt varia. Spiritus ſanctus nondum erat.

8. Chriſtus adulteræ ignoſcit, & cum Judæis de ſua æternitate diſceptat. Si quis ſermonem meum ſervaverit.

9. Cœci nati oculos Chriſtus Sabbatho aperit, eumq; è Synagogâ ejectum erudit.